

/ Admodum R/de D/ne amice charissime, Nimis pretiosa veste ornasti rusticum libellum meum de scriptoribus ecclesiasticis, siquidem in eo libello nulla scientia traditur, sed solum indicantur auctores scientiarum variarum; proinde similis est libellus meus famulo, qui ducit Dominos suos ad scholas: quis autem non miretur si videat hominem vestitum purpureo, et aurato holoserico fungi munere publici famuli ? Accepi igitur munus ad me missum, ut pignus amoris erga me tui, non ut librum debito sibi cultu ornatum: sed cum hac conditione ut deinceps, si quid mittendum fuerit, vel nudum mittat, /0 vel simplicissimo tegmine coopertum. His valeat R/da D.V/ra mei memor in sanctis orationibus suis, quibus non opto mihi impetrari vitam longiorem in hoc seculo, sed aeternam in futuro. Datum Romae die 20. februarii 1614.

---